Commiſsione Anno 1717. peracta ſit, nec in dubium vocari debeat, pro aliis vero ſequentibus annis jam Quaeſtor cum Cameralibus de Mandato Illuſtriſsimi Ducis eandem calculationem fecerint, ita, ut niſi unus annus huic calculo obnoxius ſit allegantibus.

Nos Commiſsarii S. R. Majeſtatis et Reipublicae, Partium Controverſiis exauditis, quondam Generoſus Christophorus Joannes Hahn, Aulicus Illuſtriſsimi Ferdinandi Ducis Curlandiae, Plenipotentiam ab eodem Illuſtriſsimo Duce de data Gedani die 9. Menſis Auguſti ſibi datam, produxit, et nulla exceptio contra eundem comparentem Plenipotentem opponitur; ideo Plenipotentia et comparatione ejus legitima et ſufficienti ad inventa, et exceptionibus contra nobilem Radzki nunc abſentem illatis, ad compartionem illius reſervatis, Partibus intereſse experiri mandamus. In experimento, ſuſpensa deciſione ratione calculi pro annis praeteritis in Anteriori Commiſsione Anno 1717. peracti, usque ad Comitiola futura Mitavienſia proxime celebranda, neceſsariam eſse pro annis ſequentibus calculationem adinvenimus. Et quatenus tam Generoſi Supremi Conſiliarii, quam et

Quaeſtor